



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Metropolis Salisbvr gensis

Continens. Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum  
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

**Hund, Wiguleus**

**Monachii, 1620**

De SS. Primi & Feliciani Martyrum Reliquiis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13591**

Ecclesiam, cum vacauerit, perpetuus Vicarius præsentetur. In cuius rei testimonium præsentibus damus nostri & præfati nostri Capituli sigillorum munimine roboratas. Datum in *Vlmaruelde* Anno Domini Millefimo Ducentesimo nonagesimo octauo, Idibus Aprilis, &c.

**N**os *Enicho* Dei gratia Ecclesie *Frisingen.* Episcopus, notum facimus præsentium inspectoribus vniuersis. Quod cum viri honorabiles Domini Abbas & Couentus *Campidonensis* Monasterij *Constantiensis* Diocœsis dilectio nobis in Christo fratri *Vlrico* Præposito & Archidiacono ac Conuentui in *Raitenbuch*, nomine ipsius Ecclesie *Raitenbuchen.* tres curias suas sitas in villa *Amergau* cum suis pertinentiis, quarum curiarum vni jus patronatus Ecclesie in *Amergau* annexum esse dinoscitur, & fundus cum vniuersitate transeat, vendiderint, tradiderint pro certa summa pecuniæ ac pleno jure Dominij transtulerint in eisdem. Nos ad supplicem ac deuotam instantiam iam dicti Præpositi & Conuentus *Raitenbuchensis* cuius prouidentia in reformatione status eiusdem sui Monasterij in hac parte plenè collegimus prædicto Præposito *Raitenbuchensi* suisque successoribus, vt per eos cultus diuinus inibi continuari valeat per amplius in nostrum remedium perpetuum de consensu & petitione virorum honorabilium dilectorum nobis in Christo fratrum *Gerhardi* Præpositi, *Hainrici* Decani, totiusque Capituli Ecclesie nostræ *Frisingensis* indulsumus, & præsentibus indulgemus, vt prouentus seu vsufructus sapredictæ Ecclesie in *Amergau* ad vsus communes ipsius suæ Ecclesie *Raitenbuchensis* & pro releuatione præbendarum fratrum ibidem Deo seruientium percipere valeant & colligere. Saluis nobis per omnia nostrisque successoribus, juribus Episcopalibus, quæ de ipsa Ecclesia *Amergau* nobis cedere poterunt & debent, & nihilominus quod nobis, vel nostris successoribus ad eandem Ecclesiam cum vacauerit, perpetuus Vicarius præsentetur. In cuius rei testimonium præsentibus damus nostri & præfati nostri Capituli sigillorum munimine roboratas. Datum in *Vlmaruelde* Anno Domini Millefimo, Ducentesimo, Nonagesimo octauo, Idibus Aprilis, &c.

#### De SS. *Primi* & *Feliciani* Martyrum Reliquiis.

**I**n nomine Domini nostri Iesu Christi, Amen. Anno ab eiusdem natiuitate M. DC. VII. die verò Sabbati ante Dominicam tertiam post festum sanctissimæ & indiuiduæ Trinitatis, quæ erat vltima mensis Iunii, hora octaua vel quasi ante meridiem, Indiæ. V. Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris ac Domini, Dn. *Pauli* diuina prouidentia PP. V. anno eius tertio ad honorem omnipotentis Dei, & gloriosissimæ virginis *Mariæ*, SS. *Primi* & *Feliciani* martyrum, totiusque curiæ cælestis, Admodum Reuerendus Pater, Dn. *Wolfgangus* Præpositus & Archidiaconus natus, P. *Ioannes Gastel* Decanus, P. *Matthæus Schlaich*, P. *Zacharias Spitzer*, P. *Gregorius Diller*, P. *Matthias Wagner*, totiusque Conuentus Monasterij in *Rotenbuch* Canon. Regular. *Frisingen.* Diocœsis in superiori *Bauaria* sita, dum erant in capitulo & ordinario congregati dixerunt, & in mei S. sedis Apostolicæ Cæsareæq; Maiestatis autoritate Notarij, testiumq; infracriptorum & ad hoc specialiter rogatorum præsentia personaliter constituti, palam asseruerunt: se à suis piæ memoriæ antecessoribus, aliisque fide dignis hominibus semper indubitanter audiuisse, & ab hominum memoria semper ab omnibus fuisse creditum, supradictorum SS. martyrum *Primi* & *Feliciani* reliquias & sancta corpora in dicto cænobio recondita, & religiosè culta fuisse; in cuius rei fid

mai



maiores libros ac litteras exhibeant authenticè sigillatas, sua suorumq; priuilegia & immunitates continentes in quib. eiusmodi verba legebatur scripta: Fr: *Maurus Ameliensis, Luidulfus Brixinensis, Leo Fundanus, Emicho Episcopus Frisingensis, Loci Dioecesanus, Fr: Nicolaus Thurribilensis, Fr: Iacobus Calcedonensis, Fr: Nicolaus Karintanen: Stephanus Oppicensis* Ecclesiarum Episcopi (dant indulgentias) in festiuitatib. gloriosæ Dei genitricis semper virginis *Mariæ, scil. Natiuitatis, Annunciationis, Purificationis & Assumptionis, S. Ioan Baptistæ, BB. Petri ac Pauli & aliorum oïum Apostolorum.* in testo *Primi & Feliciani* dictæ Ecclesiæ patronorū &c. an. 1299. Cal. Octobr. Ex literis testimonialib. *Thome* Episcopi *Ceruicensis, Suffraganei Augussten & Frisingen.* de an. 1345. sexto Non. Octobr. Consecrauimus in honorem *S. Spiritus, & S. indiuiduæ Trinitatis, & SS. Martyrum Viti Patroni Primi & Feliciani &c.* Item Fr. *Gerhardus* Dei & Apostolicæ sedis gratia Ep̄s *Holens.* dat indulgentias an. 1408. 11. Cal. Iunij his verbis: In festiuitate *Primi & Feliciani* dictæ Ecclesiæ patronorum, centum dierum Indulgentias. Ex literis Fr. *Alberti* Ep̄i *Zalonen: Suffraganei Frisingen:* de an. 1448. iu crastino *S. Valtrici* Ep̄i, Consecrauim⁹ duo altaria, vnū in Monast. in honore *B. Erasmi, & SS. Primi & Feliciani &c.* *Bernardinus* miseracione diuina Ep̄s *Tusculanen.* SS. Rom. Eccles. Cardinalis *S. Crucis* patriarcha *Ierosolimitanus,* per vniuersam *Germaniam,* & quæcunq; alia loca ad quæ nos declinare contigerit, Dñi nostri Papæ & Apostolicæ sedis legatus &c. Sanè pro parte dilectorum nobis in Christo *Jeronymi* Præpositi & Conuent⁹ Monasterij per Præpositum gubernari soliti *B. Mariæ* virginis, & *SS. Petri & Pauli* Apostolorum, *Primi & Feliciani* martyrum in *Raittenpuch* ordinis *S. Augustini* Can: Regularium *Frisingen.* Dioc. &c. Datnm *Insprugg,* an. 1507. Non. Ianuarij. Et quod certissima fide credant, sacellum infra nominatum primo Eremitarum (vt ex certis quibusdam indiciis apparebat) sanctis his martyrib. tempore dicti Monasterij foundationis & erectionis fuisse dedicatum & consecratum: sed eorum originem, translationem; ceteraq; monimenta per infeliciū temporum iniurias, incendia, bella, aliaq; hæreticorū deuastaciones periisse: nec non inde mortaliū pietate erga Deū & sanctos suos frigescente, cultū quoq; & uenerationē eorū, in omniū ferè deuenisse obliuionē: atq; ad eò licet dictus Dn. Præpositus alijq; PP. religiosi ab hinc annis quadringentis, quinimo ab ipsius Monasterij primordio singulis annis nona die mensis Iunij nominatorum Martyrum festiuitatē & dedicationē solleñiter celebrarint, & adhuc celebrant, omnibusq; diebus, quibus pro more habebantur de sanctis illis commemorationes, deq; illis particularis adiuncta fuit commemoratio; sibi tamen ipsis Præposito, Patribus & Fratribus & regularibus qua in parte sancta ossa recumberent, certò non constitisse: præterquam quod quasdam reliquias, utpote partes anteriores brachiorum, quas ab hominum memoria in sacris quibusdam benè longis & inauratis vasculis secum retineant, quas solennioribus festiuitatibus plebi religiosè colendas exhibeant, & semper exhibuerunt, in quibus scriptum legitur: hæc sunt ossa beatorū Martyrum *Primi & Feliciani.* Hæc itaque sacra duo ossa quorum talia, vt videre est, in sacris nuper inuentis reliquijs desiderantur, sunt ex colore, figura, apparen-tia & proportione prænominatis SS. ossib. (vt apparet) consimillima. Quapropter dicti Patres & Fratres tanquā veræ pietatis amatores, incessanter Deum precibus, vigilijs & ieiunijs (utinam Deo gratis) deprecabantur: vt hæc sanctissima ossa, ad laudē & gloriā nominis sui, ad maiore sanctorū illorum cultū ac uenerationē, ad fidelium oïm sumam consolationē & vtilitatē, dignaretur reuelare, locūque quo recumberent, ostendere, quatenus ea, quæ se possidere certò credebant debita cum ueneratione suscipere, & plebi Christianæ deuotè reuerenterq; colēda pponere possint, quod quidē prædict⁹ R<sup>us</sup> D. Præpos. à die professionis, & post suā in Prælatū electionē quotidie sedulo cogitabat, simulq; alij religiosi, hoc



vnum à Domino Deopostulabant deuotè: nec irrita fuere eorum vota: quippe cum sacellum quoddam sua vetustate ruinosum, eaque cura vetus Monasterium, vulgo *Altenmünster* nuncupatum reparare eilet animus: Ecce tibi dum, operi huic grauius instant, certò certius sperantes, se illas vel alias inuenturos reliquias, in lapide à tergo altaris *S. Anna* (quod altare constructum erat in medio eiusdem Ecclesiæ, & à tergo dicti lapidis, qui nunc ad rei memoriam dictæ Ecclesiæ *Altenmünster* in summo altari decenter asseruatur) duæ lapideæ stabant columnæ iâ antiquitus erectæ, in quas deuoti fideles immemorabili consuetudine lampades & lumina, vtique in honorem Diuæ virginis, & SS. martyrum, *Primi & Feliciani* accensa deponebant. Sacra pignora, nimirum SS. martyrum ossa diu votis omnibus expetita, in arca lignea ordine disposita, velo serico rubei coloris inuoluta deprehendunt vbi præ gaudio summaque in *IESV* lætitia, multas etiam lachrymas effuderunt. Reperto sancto & nobilissimo thesauro, Dn. Præpositus, Decanus ceterique e religiosis cathedralis Ecclesiæ suæ chororum ineunt, vnde dictus Dominus Præpositus mitra, cetero que habitu Pontificali conspicuus, vnà cum clero suo, illo qui crucem gestabat præcedente, ad veterem illam ardiculam, in qua repertæ opes etiamnum seruabantur, more cultuque Christiano se contulit, quo cum ventum est, venerabundi se coram, sacris ossibus prosternunt vniuersi ac letanti de omnibus sanctis decantantes, nec non omnium campanarum pulsu & organorum suauitudo applaudentibus, dicto versiculo illo: *Orate pro nobis sancti Martyres Prime & Feliciane.* Resp. *vt digni efficiamur promissionibus Christi, cum collecta. Fac nos quesumus Domine SS. Martyrum Prime & Feliciani semper festa sectari, quorum suffragiis protectionis tue dona sentiamus.* Per Dominum &c. Præpositus cum Decano arcam ligneam, sacro thesauro opimam, ea qua decebat reuerentia sustulit, ac presbyteris *P. Gregorio Dilles, & Christophoro Hermann* in cœnobij templum rectà ante se processionaliter deferenda dedit, cantato interim: *Sapientiam Sanctorum narrent populi, & laudem eorum nunciet Ecclesia, nomina autem eorum viuunt in seculum seculi &c.* cum Vers. *Exultate iusti in Domino, Alleluia.* Resp. *Rectos decet collaudatio, Alleluia.* cum collecta: *Quasumus omnipotens Deus, vt sanctorum martyrum tuorum, Prime & Feliciani celestibus mysteriis celebrata solennitas indulgentiam nobis tue protectionis acquirat, per Dominum &c.* Eò cum sanctis reliquis postquam peruenerunt, loco Præpositi dictus Dn. *P. Gregorius Dilles* Custos, solemne Missæ officium de SS. *Trinitate* cum collectis de S. S. *Primo & Feliciano* prædictis solemniter cantauit: quo piè & religiosè decantato, canticum *Te Deum Laudamus* adhibitis organis, & pulsatis iterum companis est inchoatum. Interea temporis reliquiæ eo in loco decentissimè fuerunt asseruatae, & vsq; donec sacellum *Altenmünster* quod iam apparet, fuit constructum, & per R<sup>dum</sup>. Dn. *Bartholomæum Schollium* I. V. D. Episcopum *Darien.* & Suffraganeum *Frisingen.* 4. Id. Octob. An. 1608. consecratum. Qui cum altero die summo mane altaria eiusdem sacelli velle consecrare, iussit vt sacra ossa processionaliter, toto Conuentu comitante apportarentur, & in Ecclesia *Altenmünster* nouiter constructa collocarentur, quod & factum est per RR. PP. *Ioannem Gastl, & Christophorum Hermann* in altari extracto & consecrato decenter apposita, ibique in hodiernum diem religiosè quiescunt. Atque ita Deo bene iuuante actui huic finis est impositus. Super quibus omnibus & singulis, vt supra dictum est à dmodum Reuerendus Dominus Præpositus, Decanus, totusque Conuentus me Notarium infra scriptum, requisierunt, quatenus vnum vel plura publica conficerem instrumenta. Quorum ego petitioni, quæ veluti pietati maximè congrueret, attendens, iis omnibus, quæ

ibidem



ibidem gerebantur & fiebant, interfui, vidi & legi, hoc instrumentum itaque manu alterius scriptum, manu verò mea & signo solito roboratum confeci ad hæc omnia specialiter requisitus & rogatus. Ad hæc sunt in supradictis Ecclesiis in *Rattenpuch*, diebus, annis, mensibus & præsentia, quibus supra, præsentibus *M. honestis* & discretis viris *Matthia Svvaiger* iudice, *Thoma Kratz* scriba, *Simone Hagl* organista, & *Ioanne Karl* Ludirectore ibidem; nec non in dedicatione Ecclesiæ *Christophoro Pergkhauer*, Sermi Principis ac Domini Dñ. *Maximiliani* Com. Pal. *Rheni*, viri usque *Bauaria* Ducis Cancellariæ secretæ Registratore, & *Marco Haldenbergero* Granatario in *Schongauu*, Laicis, testibus ad hoc specialiter vocatis, rogatis & requisitis; & *Vdalrico Puchseger* ac *Martino Lentz* opificibus mechanicis & aliis compluribus non requisitis.

*Mattham Raokher,*

Notarius manu propria.

VNiuerſis ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, ad quos præſentes litteræ perueniunt. Nos miſeratione diuina Fr. *Maurus Ammelienſis*, *Handolphus Brixinen*. *Leo Fundanus*, *Emicho Friſingen*. *Loci Diocœl*. Fr. *Nicolaus Turribulen*. Fr. *Iacobus Calcedonen*. Fr. *Nicolaus Karintenen*. *Stephanus Oppycenſis* Eccleſiarũ r. pi. ſalutem & ſincerã in Dño Charitatem. Alma mater Eccleſia de animarum ſalute ſollicita, deuotionẽ fidelium per quãdam ſpiritualia munera, Indulgentias videlicet & remiſſiones incitare conſueuit ad debiti famulatus honorem Deo & ſacris adibus impendendum: Vt quanto crebrius & deuotius illuc confluat populus Chriſtianus, tantò celerius delictorum ſuorum veniam, & caeleſtis regni gloriam conſequi mereatur æternam, Cupientes itaque vt Monafterium in *Raitenbuch Friſingen*. Diocœſis vbi regularis ordo *Sancti Auguſtini* viget & obſeruetur, quod ad laudem Dei, nec non ad honorem ſanctiſſimæ Dei genitricis Virginis *Mariæ* eſt conſtructum, à Chriſti fidelibus frequentius honoretur, vt Canoniorum ibidẽ degentium deuotio per diuinum cultum aucta, iugiter pullulet in Domino atque creſcat, quo accedentes ibidem ſe gaudeant beneficiorum ſpiritualium muneribus conſolatos: Omnibus verè poenitentibus & conſeſſis, qui ad dictum Monafterium in ſingulis feſtiuitatib. ſeu diebus ſubſcriptis, videlicet *Natiuitatis*, *Epiſtrophania*, *Reſurrexionis* Domini noſtri *Ieſu Chriſti* atque *Pentecoſtes*: in feſtiuitatibus glorioſe Dei genitricis ſemperque virginis *Mariæ*, ſcilicet *Natiuitatis*, *Annunxiationis*, *Purificationis* & *Aſſumptionis*; *S. Ioannis Baptiſtæ*, *BB. Petri & Pauli*, ac aliorum oĩum Apoſtolorũ, in feſtis *Primi & Feliciani* dictæ Eccleſiæ Patronorum: *S. Michælis* Archangeli, *SS. martyrum Laurentij & Georgij* Confeſſorum *Nicolai*, *Corbiniani Martini* ac *Zenonis*; *B. Agnetis*, *Catharina*, *Margaritæ* virginum atq; *Mariæ Magdalena* ac *Annæ*. In añuerſariis Dedicationũ dicti Monaf. ac altariũ eius: in feſto *omnium ſanctorum*, & per octo dies memorata feſta ſequentes, cauſa deuotionis, orationis, ſeu peregrinationis & in ſpiritu humilitatis acceſſerint: aut qui ad fabricam, ſeu reparationem, ornamenta, luminaria, aut quacũque neceſſaria ipſius Eccleſiæ manus porrexerint adiutrices, aut in extremis laborantes quicquam ſuarum legauerint, miſerint, ſeu donauerint, aut nutu procurauerint facultatum: Nos de omnipotentis Dei miſericordia, & *BB. Petri & Pauli* Apoſtolorũ eius auctoritate cõſiſi, ſingulis ſingulas quadraginta dierũ indulgẽtias de iniunctis ſibi poenitentis, dummodo loci Diocœſani ad id conſenſus acceſſerit, in Dño miſericorditer relaxam⁹. In cuius rei teſtimoniũ ſigilla nra p̄ſentib. literis duxi-